



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Diatribai De Primis Veteris Frisiae Apostolis, Sive  
Dissertationes, quibus eoru[m] anni, actus, res,  
personae, loca, tempora in eorundem actis occurrentia,  
discutiuntur, illustrantur, erroresque ab ...**

**Bosschaerts, Willibrord**

**Mechliniae, 1650**

136. De obitu S. Huberti S. Willibrordi amici, co[a]etanei & familiaris. De eius sepultura.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10958**

De obitu S. Huberti S. Willibrordi amici,  
coetanei & familiaris. De eius  
sepultura.

**S**anctus Hubertus sedulus pastor dum multorum  
rogatu ad dedicandam quandam basilicam Brac-  
bantium (Brabantiam) debili licet corpore perrex-  
isset, eâ peractâ ouibus suis diuinæ doctrinæ pa-  
bula administrasset, Furē decumbens à Deo ad spi-  
ritualis militiæ brauium vocatus creatori suo animam  
virtutibus ornatam reddit Episcopali & Apostolico mu-  
neri immoriens. Beatus ille seruus quem cum venerit  
Dominus eius & pulsauerit ianua non inuenerit vigilantem.  
Amen dico vobis super omnia bona sua constituet eum.  
Quod nunc in S. Huberto impletum est,

Recessum ad cælitus lae prosequitur vetustissimus Io-  
nas quem notis illustravit Ioannes Roberti ex Societate  
Iesv. Quædam inde delibabimus seruatis plurimum ip-  
sius verbis.

Sanctissimus Præsul præsentiens discessum suum ex hoc  
mundo in proximo adesse, conuocatos discipulos suos  
cælestibus instruit monitis, ac Symbolum quo fidei no-  
stræ Sacramenta continentur recitans, repetita oratio-  
ne Dominica, in illis verbis, Pater noster qui es in cælis,  
spiritum emisit Angelicis coetibus inferendum.

Ho sprinum Christo reddente Euangeliū Christi perlegitur,  
& eo perlecto, quæ mortuis debentur, pie officia sepul-  
ture præstantur. Etenim corpus eius ablutum lymphis,  
atque circumdatum tristibus peplis, loculo superponunt,  
atque elatum à loco eius obitus, qui vocatur Fura, Leo-  
dium



diū transfertur. Cum autem prope eundem locum aduentarent, plebis multitudo, gradusque omnis Ecclesiasticus, cum reuerendo habitu, obuiam sanctis processere exequijs, ferentes Crucis vexilla, Sanctorumque patrocina, nec non candelabra lumine radiantia: sed & aromata in Thymiamaterijs redolentia, psallentes quæ moris est talibus officijs decantari carmina. Demum sanctissima membra in Beati Petri intulêre Basilicam, quã ipse beatus vir suã construxit munificentia, ibique facibus accensis, peruigilem noctem ducentes, Dauidicisque canticis operam dantes, vsque sol iurare suo poli, terræque faciem perfunderet, perseuerauêre psallentes. Post hæc autem induunt eum, prout erat solitus indui diuino altari assitens, subuculã scilicet lineã, atque planetã. Tanta autem vultui eius inerat pulchritudinis gratia, vt potior videretur, atque venustior mortuus, quam olim fuerat viuus. Officia, prout res postulat, super eum peragunt, cantionemque aptam depromunt, odoramentisque & Lampadibus, cum omni honestate, vt res funebria postulat, præeuntibus, loculo, quo ipse prædixerat, humanus inducitur. Posthæc autem coeperunt sancti viri reliquias virtutibus florere, locusque eius sepulturæ crebris miraculis enitere. Nam creberrimè quidam inter diurnum nocturnumque Officium inibi peragentes, crebrò se confessi sunt, Angelicas voces exaudisse de tumulo.

Locus obitualiis est Fura, Duerne/pagus inter Louanium & Bruxellas, vbi Duces insignia habent palatia quò sæpè diuertere cõsueuerunt. Ibi obiit Iohãnes tertius an. 1313. sepulti Antonius 1415. Iohannes quartus conditor Academiae Louaniensis 1427. Philippus eius frater an. 1430. egregij Brabantia Ducis.



DISSERTATIO CXXXVI. 527

In anno obituali designando multum se torfit & varia-  
uit Baronius. In Martyrologio ponit annum 730. Tomo  
9. Annalium ponit annum 754. Tomo 12. in addendis &  
emendandis annum 728. Sigebertus in Chronico ponit  
annum 735. Ego eligo & statuo annum 727. quem statuit  
Iohannes Roberti diligens scrutator actorum & temporū  
Hubertinorum.

Quod ad diem, Molanus in Natalibus SS. scribit tran-  
sisse tertio Nonas Nouembris. Iohannes Roberti affirmat  
vetustos annales habere eum obiisse tertio Kal. Iunij, id est  
trigesimo Maij, quem diē pariter signat Vīuardus in Mar-  
tyrologio.

DISSERTATIO CXXXVII.

De SS. VVunibaldo & Willibaldo.



I tabula mea Chronologica edita an-  
no 1625. ad annum 728. locui hæc  
verba : Circa hoc tempus ex Britannia in  
Germaniam primum veniunt S. Willibaldus  
primus Episcopus Eistatensis & Winibaldus  
Fratres Walburgis qua Antuerpia Fratres  
suos secuta egit in Basilica Castrensi ubi  
sandibula eius pars hodieque asseruatur.

Dicta. ubi traduntur S. Willibrordo, &c. secutus quosdam  
quos refellit Iacobus Gretserus diligentissimus actorum  
& annorum S. Willibaldi & monumentorum Aistaden-  
sium scrutator in obseruationibus ad vitam Willibaldi-  
nam à Philippo Episcopo item Eystetensi conscriptam  
cap. 11. Sanè ego argumentum hoc amplius indagans in-  
uenio tum omnia esse obscura, tum auctores inter sese  
non